

# **Index Operarvm, In Academia Christian-Albertina Præterito semestri hyberno, nempe a Festo Michaelis 1709. ad Pascha anni 1710. absolutarum, & Per hoc æstivum, a Festo Paschatis usque ad Festum Michaelis anni 1710. impendendarum.**

---

## **Terms and Conditions / Publikationserlaubnis**

Die Erlaubnis zur Einsicht in die handschriftlichen Materialien schließt nicht die Erlaubnis zu deren Veröffentlichung ein. Diese bedarf der Zustimmung der Bibliothek. Bei jeder beabsichtigten Veröffentlichung oder bildliche Wiedergabe in gedruckten wie auch elektronischen Medien wird der Benutzer nachdrücklich gebeten, das Vorhaben jeweils vorher schriftlich mitzuteilen. Dies gilt auch für jede kommerzielle Verwendung. Für die Wahrung aller an einzelnen Objekten etwa bestehenden Urheber- und Persönlichkeitsrechte trägt der Benutzer selbst die Verantwortung. Die Handschriften, Autographen und Nachlässe sind mit ihren vollständigen Signaturen und der Besitzangabe „Universitätsbibliothek Kiel“ zu zitieren.

Bei Nutzung unserer alten Drucke für eine gedruckte oder elektronische Publikation ist die „Universitätsbibliothek Kiel“ als Besitzerin der im Internet abgebildeten Objekte zu benennen.

Wir bitten Sie, bei Nutzung unserer digitalisierten Bestände für Publikationszwecke ein Exemplar der Veröffentlichung als Beleg an die Bibliothek abzugeben.

## **Terms of use for the Digital Collections**

Kiel University Library offers its Digital Collections free of charge for non-commercial research and teaching purposes.

### **Publication regulations**


Please note that the permission to consult materials of our manuscript collection does not include the permission to publish them. Any publication requires Kiel University Library's consent. In case you would like to publish any of our materials we strongly ask you to notify us in advance (written form required). This holds true for both textual and visual reproductions in printed as well as electronic documents. The policy applies to all kinds of purposes, especially any commercial purposes you might pursue. It is the recipient's obligation to maintain any copyrights and personal rights that might exist. All reproductions of our manuscripts, autographs and literary estates have to be cited with their entire call number and the credit line "Kiel University Library".

When using parts of our digitized old and rare books for a publication (whether in printed or electronic form) it is compulsory that „Kiel University Library“ is cited as the copyright holder of the objects displayed on our website. In this case we kindly ask you to submit us a voucher copy of your publication.

Contact:

Universitaetsbibliothek Kiel  
Leibnizstr. 9  
24118 Kiel  
Germany  
Email: auskunft@ub.uni-kiel.de

---



Archiv

IV 272-1

Fich 591-1

AFich 591-1

Angefertigt von  
Jens Blutau  
Fotographie mfr.


556/55

[Indices  
lectionum  
Kiloniensium

1665-1714/15]

A

K



90.

# INDEX OPERARVM,

IN ACADEMIA

CHRISTIAN-ALBERTINA

Præterito semestri hyberno, nempe

a Feste Michaelis 1709. ad Pascha anni 1710.  
absolutarum,



Per hoc æstivum, a Feste Paschatis

usque ad Festum Michaelis anni 1710.  
impendendarum.

---

K I L I Ä,

Litteris Bartholdi Reutheri, Academ. Typogr.  
Anno MDCCX.

## EX ORDINE THEOLOGICO.



ENR. MUHLIUS D. Professor Primarius, licet opere quodam in usum Ecclesiarum Slesvico-Holsaticarum expediendo per semestre hoc æstivum occupetur, illud tamen simul dabit operam, ut pro ratione muneris Academici Cimbriam orthodoxam, modumque puritatem doctrinæ in hisce Ducatibus sartam rectam servandi, a primis inde Reformationis initii ad hoc usque tempus usurpatum, sanctionibus ~~et iuris~~ <sup>et iuris</sup> stabilitum, adversus malevolorum insultus, sive clandestinos sive apertos, publicis privatisque acroasisbus, reita nunc exigente, serio institutis, B. C. D. strenue tueatur.

HENR. OPITIUS, D. Fac. Theol. Sen. & h. t. Decanus itemque in supr. Senatu Eccles. Consiliarius, superiori semestri in Lectionibus publicis Partem III. Theologæ, quæ egit de Causis & mediis salutis, absolvit, & prout dignitas materiæ postulavit, exposuit. Nunc præcipuos Articulos fidei seliget, eosque paucilo prolixius & accuratori studio theticè & polemicè pertractabit. Privatum Collegium Theticum intra hoc semestre absolendum super Tabulas suas Theologicas ordietur: itemque Collegium Criticum super varias Lectiones Bibliorum Hebr. instituet, semperque rationes ex Masora, MSCris aliisque principiis Criticis veræ & genuinæ Lectionis in suis Bibl. nupereditis exhibita reddet. Disputationem Fridericianam eamque de Custodia Templi Primam ad varia Scripturæ V. & N. T. loca illustranda habuit, quam propediem duæ aliae de eodem arguento in sequentur. Docet Horâ X.

ALBERTVS zum FELDE S. Theol. Prof. Ordin. A. C. explicatione finita vindicias verae doctrinae de justificatione hominis peccatoris coram Deo, quæ centrum merito habetur purioris doctrinae, contra G. Bullum & Jo. Ern. Grabium suscepit, & illius harmoniam Apostolicam, hujus vero strictim confutavit notas, atque A. C. frustra in illorum trahi sententiam commonstravit. Privata opera Isagogen dedit ad universam Theologiam, & faciem illius per singulos N. T. periodos ostendit: quo in argumento ad instauratae Theologiae meliora devenit fata. Proxime quam promisit practicam Theologiam exponere adgredietur, idque dabit operam, ut in hac etiam parte sapientiae coelestis auditoribus proficit suis. Privatum dogmaticae Theologiae operam navabit, & si quae alia ex usu vide-

0.10

videbuntur Theologiae cultorum, strenue persequetur. Ha-  
buit duas disputationes Fridericianas, unam de Biblicae, alteram  
de Theologicae dictionis simplicitate , quam telam deinceps  
cum cura pertexerit. Docet hora XI.

## EX ORDINE JURIDICO.

NICOLAUS MARTINI, Serenissimi Prin-  
cipis Consiliarius Justitiæ, Academiæ Pro Cancellarius, Pande-  
starum & Juris Publici Professor, Quemadmodum superiore,  
quod fuit, semestri hyberno, de nobilissimo Succedendi in bona  
defuncti Argumento adeoque de Successione Legitima , ex SCtis,  
Jure Honorario, Dispositione testamentaria & Conventionali,  
sive Pactitia , ex argumenti cuiuslibet dignitate, per plurimas  
Lectiones differuit, posteaque ad Materiam de Obligationibus  
progressus, de Pactis & Transactionibus quoque, ex Argumenti  
dignitate tractavit, ita, quæ de hac Contractuum Materia por-  
ro proponenda restant quam plurima , auxiliante Dei Gratia,  
ulterius proponet. Quo labore feliciter absoluto , ad Delicta  
progredietur. Praelectionibus his dicata est hora Nona.

SAM. REYHER JC. & Antecessor, Codic. & Mathem.  
Prof. Ordinariush. t. IIX. ProRector, & Facult. Jurid. IX. De-  
canus , Publicè Libri V. Codicis Tit. XXIX. cum sequentibus usque ad  
Tit. XXV. Libri VI. examinando & interpretando absolvit. Unam  
Disputationem Struvianam , & duas Fridericianas habuit, primam  
die XVI. Octobr. 1709. de Juribus Hamburgensi, Judico, Danico,  
Succico, Norwagico, Borussico, Hanseatico. & a meridie produxit  
MS. Juris Lubecensis , Werdenhagen & Hagemeyerum de Juribus Han-  
seaticis, Marquardum de Mercatura , Blütingii commentarium MS.  
ad Jus Judicum , Jus Danicum Latine & Germanice à D. Weghor-  
sto versum. Alteram Fridericianam die XIX. Martii 1710. de  
Juribus Dithmarsico, Livonico, Polonico, Russico, Hispanico, Lusitanico,  
& Gallico : à meridie produxit Arthurum Duck de auctoritate Juris  
Romani in Regionibus Principum Christianorum, Dn. Gerhardi  
Ernesti de Frankenau Themidem Hispanam, & Tabulam Geograr-  
phicam Hispanie. Privatim Elementa juris examinando & in-  
terpretando tractavit, & materias Servitutum , Usucaptionum,  
Donationum, ut & testamentorum, & obligationum per Con-  
tractus exposuit. Imposterum, quam primum à munere Pro-  
Rectoriali liberatus fuerit, publicè perget, privatim verò Lectio-  
nes, non obstante hoc officio, continuabit. Legere solet publicè  
hora X.

SIMON

SIMON HENRICUS MUSÆLIS, D. Institution. nec non Jur. & Nat. & Gent. Professor Ordinar. Publice Lectiones, quas in Institutiones Justinianaeas, adspirante Divini Numinis gratia, jam ad finem perduxit, iterum a principio ordietur; & insuper Disputationes quoque hebdomadarias in Grotium de Jure Belli & Pacis enucleatum persequetur: operam suam omnibus Juris prudentiae, cum Universalis, tum particularis, sive publicæ, sive privatae Culoribus nunquam non promptissime dicaturus. Habita est præterito semestri sub ejus Præsidio disputatio III. de Juri bus in Parmæ & Placentiæ Ducatus, a Pontifice male prætenis, vel usurpatis, quam IV. & ultima mox excipiet. Docet hora III.

## EX ORDINE MEDICO.

GUNTH. CHRISTOPH. SCHELHAMMERUS D. Ventris inferioris & partium nutritioni destinatarum morbis hoc semestri perductis ad finem, deinceps perget ad sanguinis dispensationi & depurationi dicatarum affectus. Domi suæ Chirurgicas operationes, quas exponere cepit, instrumenta quibus fiunt oculis usupanda exhibens, perget docere; quas simul ac ad finem perduxerit, medendi leges universales axiomatis, hypothesibus, definitionibus, propositiōnibus formati, Mathematicorum more demonstrare conabitur, & Institutiones medicas spectantia quædam aggrediebitur. Disputationes quoque de animi affectibus continuabit.

WILHELMUS HULDERICUS Waldschmidt/ Med. D. & Prof. Ordin. Facultatis Decanus, & Collegii Chirurgorum Praeses, absolutis paucissimis illis, quæ in pathologia generali restant, per instantem æstatem de *Materia Medica* publice disferet, & singulas ejus species oculis spectandas exhibebit, quarum natales, notas characteristicas, selectum, præparata, usumque in medicina explicabit. Singulis mensibus excursiones botanicas in vicinos campos instituet, quarum primam ex tabula publica programmate intrimabit; Prelo paratam habet dissertationem, *miscellanea medico - physico curiosa continentem*, quam mox altera, *de recentissimis quibusdam plantas propagandi modis* excipiet. Docet hora IX.

## EX ORDINE PHILOSOPHICO.

SEBAST. KORTHOLTVS, Phil. Moral. & Poes. Prof. Ord. ac Biblioth. Praefectus, h. t. Ordinis sui Decanus, ex quo Magistratu Academiae se proxime abdicavit, Ciubus Academicis, quos ad descendam vitae morumque disciplinam, utilitas inuitat, Elementa Philosophiae Moralis Buddeana, quos vero

ad

0.10

ad audiendam Poeticam indoles ducit, Georgica, opus Maronis perfectissimum, vberius edislerere dedita opera perget. Iis quoque quos ad locupletatam nuper supellecilem litterariam Academiae peruolutandam necessitas impellit, in tempore vacabit, & dissertationem Fridericianam de Poetics in doctrina morali visu propediem instituet, nec umquam deerit domesticas suas paelectiones expetituris. Publice docet hora III.

SAM. REYHER, JC. & Antecessor, Codic. & Mathem. Profess. h. t. ProRector, publicè Pyrotechnicam, nempe de *Natura Ignis*, ejusque *Uso* in communi vita, & quidem Oeconomia, Chymia, & Bello, nec non de modis incendia extinguendi, ac Phoronomicam absolvit, & *Stathmicam* incepit. Quater *Stellas* monstravit, & miram in Balæna decrescentem ostendit, Demonstrationem mechanicam trochlearum instituit, Solstictium brumale observavit, & die XXI. Dec. post meridiem circa horam XI. accidisse deprehendit. Die XIII. Februarii h. 9. min. 25. post merid. *Eclipsin Luna*, quæ h. 9. m. 45. post merid. coepit, & ad hor. 10. 15. min. duravit, observavit. Tres Observatones opticas in Camera Obscura instituit. Privatim Architecturam militarem docuit. Impostorum quoque perget, quantum per munus publicum licet, legere solet publice hora I.

JOHANNES LVDOVICUS HANNEMANN D. & Philosoph. & Natur. Prof. Ord. hac hyeme, ut in Catalogo innuit, suo officio Satisfecit, hacestate Philosophiam naturalem Hypotheticam publice proponet, Collegia itidem privata juxta studiosæ Juventutis desiderium aperiet. Binas habuit disputaciones Fridericianas unam de *Frigore* die IX. Nov. Alteram de *Lege Adrastra Mundi* die XVIII. Januar. Et jam propediem duas habiturus est primam Sc. de *Torpedine*, Secundam de *Aurea Mundi Catena*. Omnia cum auxilio & Sub Presidio Dei T. O. T. Maximi.

IO. BVRCHARDVS MAIVS, Eloqu. & Hist. Prof. Ord. publice omnium saeculorum conspectum tradere perget, selectioraque inde argumenta, succinctis propositionibus comprehensa, solemnibus ventilationibus subiicit: praecipue vero rationem habebit historiae recentioris, eoque consilio epitomen rerum, sub diuo LEOPOLDO toto terrarum orbe geltarum, quasi in tabula per synchronismos exhibitam, typis excudi curabit, & publicis subiinde commentationibus uberius illustrabit. Priuatim Pufendorfii Isagogen ad praecipua Europæ regna exponet, nec nuda solum respiciet facta, sed singula etiam ad interioris prudentiae civilis momenta cum cura expendet. Disputationem quoque Fridericianam de conuerzionibus Imperii Romani ab

*Augusto usque ad Constantinum M*, quae iam sub praelo iudat , pro-  
pediem absoluet, moxque & aliam inchoabit, idem argumen-  
tum ulterius persecuturus. Quod si eriam per haec infesta lite-  
ris tempora & auditores licebit, exercitationes oratorias men-  
struas, toties promissas , & Romano & vernaculo sermone in-  
stituet. Edidit *Introductionem ad studium Iuris publici recte excelen-*  
*dum*, quam vti Germanica conscripsit lingua, ita eandem quoque  
historiae literariae & notitiae Imperii nostri cupidis distinctius  
explanabit. Docet hora X,

NICOLAUS MOLLER, Hist. Eccles. & Antiquitatum Prof. Ord. per elapsum semestre hibernum publice adhuc His-  
toriam Ecclesiaz V. T. enarravit, quam ubi circa ferias Pente-  
costes, Juvante Deo, absolverit penitus, ad Historiam Eccle-  
siasticam N. T. alacriter perget, faciemque Ecclesiaz per quin-  
que priora saecula pluribus oculos ponet. Privatim vero o-  
mnia ac singula desiderantibus, ex antiquis pariter ac hodier-  
nis scriptoribus hoc ordine traderet, ut (1) ipsam historiam capi-  
tis & corporis Ecclesiaz Christianaz, cunctorum ejus membro-  
rum , & horum mutuam connexionem, doctrinam , cultum  
publicum & regimen, mutationes , fata & migrationes in his  
terrīs pandat; (2) Geographicam cœtuum sacrorum, per qua-  
tuor orbis partes dispersorum, delineationem exhibeat, & sta-  
tus eorum descriptionem ; (3) Chronologicam rerum sacra-  
rum seriēm quasi in tabula repræsentet; (4) totam Historiam  
sacram, hoc pacto ordinatam, cum vaticinatione Johannis in  
Apocalypsi conferat, & alteram ex altera illustret; (5) denique  
horum omnium usum in doctrina ac vita amplissimum ostendat.  
Quo nomine ea primum ad veritatem & divinitatem  
Religionis & Ecclesiaz universe corroborandam, deinde ad sin-  
gulas Theologiaz & munera Ecclesiastici designandas partes  
accommodabit. Interim dum hoc ager, publice plenam Theo-  
logiaz historiā, quæ adhuc inter desiderata fuit, & Jus Ecclesiasti-  
cum, horis vero privatis Novi Fœderis libros more consueto  
explanabit. Dissertationes suas primas de Polygamia , quæ  
partem hujus argumenti generalem complectuntur, typis jam  
exprimi curavit, dabitque operam, ut & cæteræ , ad comple-  
mentum ejus materiae pertinentes, hoc quoque semestri adjir-  
ciantur, & tum ad alia typis vulganda progredietur. Docet  
publice horâ post meridiem secunda.

WILHELMUS HILDERICUS Waldschmidt / Med. D.  
& Philosoph. experimentalis Prof. Ordin. in tradenda physica  
experimentalī sedulo perget, additurus lectionibus singulis u-  
num

0.10

num vel alterum experimentum, materia pertractata aut illu-  
strandæ aut confirmandæ accommodatum operisioribus vero  
aut magis sumptuosis collegio privato reservatis, quod ipsum,  
quam primum numerum auditorum completem obtinere pote-  
rit, aperiet. Docet Merc. & Saturn. hora IX.

CHRISTOPHORUS HENRICUS AMTHOR, Jur. Prof.  
Extraord. & Phil. Civil. Ordinarius Elementorum Juris Privati  
plus quam dimidiam partem absolvit, quæ restant, B. c. D. in-  
stante hoc Semestri ad finem perducturus. Privatim, pertracta-  
ta Philosophia Civilis, Jus Publicum Germaniae interpretari ag-  
gressus est, quod pensum itidem his diebus feliciter confecit.  
Præterea Philosophiae Practicæ partem generalem, distincto ma-  
teriarum ordine, perlustrandam suscepit, cuius filum continu-  
abit. Sique per tempus, aliosque labores licuerit, Jus Ec-  
clesiasticum, Legum Cultoribus neutiquam negligendum, pri-  
vatim insuper explicabit. Docet publice Mercurii & Saturni  
diebus, hora ante meridiem IX, & post meridiem II.

ALBERTVS zum FELDE/ Logic. & Metaph. Prof. Her-  
meneuticam, Logices partem necessariam omnibus & per-  
quam fructuosam, coepit explicare, & adhuc egit de inter-  
pretando sermone. Nunc interpretem considerabit porro, &  
leges interpretationis: alteraque parte quid in divinis oraculis,  
monumentisque Doctorum Theologis, quid in legibus, pa-  
ctis, testamentis interpretandis JCtis, quid aliarum quoque ar-  
tium Doctoribus observandum sit, docebit, & ad usum transfe-  
ret omnia, ac ex fonte exponet doctrinae politioris. Neque  
enim ut Gygis annulo vim mirificam, ita Scholastico quo-  
dam compendio Philosophiam comprehensam esse existimat,  
ut si quis barbaras memoriae mandaverit nomenclaturas, &  
descriptiones nominales, illico inter Philosophos numerari-  
queat, quod pedanei credunt, nec Graecis literis, nec Latinis,  
nec liberali instructi disciplina: sed quod a puero didicit, per-  
suasum adhuc habet, exsanguem esse Philosophiam & nervis  
carentem, quae scholæ non vitae addiscatur, & ab aliis artibus  
robur arcere nequeat, ac praesidium. Docet diebus Merc.  
& Saturni ab horis XI. & III. post meridiem.

CHRISTOPHORUS MARTINUS BURCHARDUS, Medic.  
P. P. Præterito semestri in virtutibus Mineralium medicis ex-  
plicandis fuit occupatur. Nunc vero in eo est, ut Historiam Che-  
miæ publice tradat, cui statim subjunget Operationes, ipsis, &  
quid ex quovis rerum naturalium sic dicto Regno Chemicus  
obtinere possit, fideliter explicabit. Disputationem habuit de Se-  
cretione Bilis. Docet hora III.

ANDR.

ANDR. LVDOVICVS KOENIGSMANNVS , Philos.  
Prof. extraordinarius, opitulante Deo, publice obseruationes  
suas Pneumaticas , & in Thomassi sententiam de Magia anim-  
aduersiones, expositionemque aliquot characterum Theophrasti  
ad exemplum Bruyerii , una cum disquisitionibus de laudi-  
bus malignis , complimentis & satyris : priuatim totam compa-  
gem Ethicae characteristicae, tum Historiae epitomen, Lo-  
gicam item & Rhetoricam absoluit , quas artes aliquibus de-  
nuo inculcabit. Nunc in explicando conspectu Iuris natu-  
ralis, & miranda illa foederum historia diuinorum, mox fini-  
enda , occupatur, cuius deinde in Virorum Dei doctorumque  
reliquorum, Graecorum in primis , intelligentia necessarium  
monstrabit usum: neque enim a Belgis demum inuentam istam  
de sacris oeconomiis doctrinam , sed ipsis Prophetis & Apo-  
stolis, Patribusque & primis ecclesiae nostrae Theologis, a qui-  
bus didicere Reformati, nihil fuisse familiarius, in aprico iam  
posuit, & porro ponet. Propediem quoque pluribus selectio-  
ra artis rationalis & oratoriae capita , hodiernae accommo-  
data vitae , eclectice tradet, nec in moralibus scientiis suam desi-  
derantibus operam denegabit. Publice ad obseruationes Phi-  
lologicas & Physicas contra Spinozam, Wittichium & similes  
progredietur, idque ager summo studio, ut ante omnia suum  
eruditioni Biblicae pretium ponatur, & vera deinde Philoso-  
phia, cum sit cognitio rerum, non vocum, a Nominalium Phi-  
losophorum inutilibus tricis, velut a scoriis argentum , secer-  
natur. Habuit disputationem eclecticam de regno Dei morali &  
alteram Fridericianam de eo, quod iustum est in regno Dei morali,  
typis iam curavit excudi, quod argumentum deinceps porro  
prosequetur. Docet publice diebus Mercurii & Saturni ab  
hora IV. pomeridiana.

FRID. GENTZKE, Prof. Philosoph. Extraord. publice ha-  
ctenus vitas & scripta nonnullorum fama & eruditione cele-  
berrimorum virorum tradidit, sibique proposuit, Philosophiam  
naturalem, quam vocant Logicam in Lectionibus publicis expo-  
nere. Privatim finita Jurisprudentia divina occupatur in explicati-  
one Philosophiae naturalis s. Physicae & Prudentiae civilis s. Po-  
liticae ; Ut porro postulatis quorundam annuat, etiam in privatis  
lectionibus Philosophiam moralem ad ductum libelli sub titul. Intro-  
ductio in Philos. Moral. editi explicabit, & propediem Deo dante,  
de natura & proprietatibus Mentis humanae publice differet. Docet  
publice diebus Mercurii & Saturni horis matutinis. X, XI.



23. APR. 1981

27. APR. 1981

R

23. 6. 60

4. APR 1962

15. MAI 1962

24. MAI 1962

- 5. NOV. 1962

23. JAN. 1967

23. JUNI 1969

23. 6. 60

4. APR. 1962

15. MAI 1962

24. MAI 1962


-5. NOV. 1962

23. JÄR. 1962

23. JUNI 1962

Universitätsbibliothek Kiel  
8\$0 00 440 332 0





## EX ORDIN.

GUNTH. CHRIST.

In Clarissimi Ramazzini li-  
tus erat, cum anno præter-  
etio, ardua satis & difficilis  
rumpere cogeret utilissimi  
redire ad pristinam magis-  
que deinceps pergere dec-  
publicis malis intercedat,  
scriptum elegantissimum  
dium addixit quibusdam  
lum rerum notitiam intra-  
necessariam, ab ipso petier-  
Medicæ fundamentis & p-


WILHELMUS HUL.

Dr. Prof. ord. & Facult. i  
materiam medicam absolvit  
ce egit. Nunc *historiam* p-  
Turnefortianā, cuius com-  
mum dictabit, propositur  
in campus quam hortis sul-

## EX ORDINE

SEBAST. KORTHOI

Ord. ac Bibliothecae Aca-  
canus, proximo semestri  
ductum celeberr. Buddei-  
rum notitiam qui de Arte  
commentati sunt. Quoru-  
ca, Latina, Gallica, Italica  
ditorum suorum exposu-  
micam inuisentibus in te-  
quibus V. D. diebus confu-  
recitationes suas publicas



## EDICO.

ELHAMERUS, D.  
ois artificum occupa-  
atus Academici fun-  
imis temporibus, ab-  
. Quo jam deposito,  
occupationem, in eo-  
perturbatio aliqua ex  
suspendere jubeat, in  
iones. Privatum stu-  
enibus, qui in Natura-  
, futuro Medico per-  
erest temporis, artis  
dinandis impendet.

Waldschmidt / Med.  
s, superiore semestri  
i corporis fabrica publi-  
cundum methodum  
uditoribus suis in cala-  
missis herbilegiis tam  
endis. Legit hora IX.

## OSOPHICO.

of. Moral. & Poef. Prof.  
stush. t. Ordinis sui De-  
sophiam Moralem ad  
ce, et tradidit Scripto-  
vniuerse aut sigillatim  
aria Germanica, Grae-  
aliaque ante oculos Au-  
necam quoque Acad-  
quam non praefto fuit,  
perget. Neque deerit  
Poeticas frequentaturis.

Do-

0.13